Matth. VI. 25.

pro anima
Dic vita vestra, quid cum candere aut bibere sollici: nec pro
corpore vestro, quid induatis? Postea Veniens
exemplo proponit ad considerationem nos trahit: Respicite
inquiens, volatilia coeli, non serunt, nec metunt, nec colli- v. 26.
gunt in horrea. Unde autem ipsis est vita? Pater vester
coelestis ea pascit. Si igitur foenum agri quod hodie est, et
cras in clibanum mittitur, sic vestit, quanto magis vos v. 30.
pusillanimes? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus,
aut quid bibemus, aut quo operiemur? Haec enim omnia gentes
inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.
Quaerite autem primum regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur v. 32, 33.
vobis. O miser! cujus est regnum Dei, et cujus justitia
ejus? qui est adjicienda ea, quae ad usus corporis pertinent!
Nonne ipse ille, unus et solus Ille? Nonne omnium Creator!
Nonne omnium opifex? Qui autem Solem suum oriri facit Matth. V. 45.
super malos et bonos, et pluvias mittens super justos et
injustos ipse ille est, qui propter perfectionem virtutis
in filios nos adoptat; et sic nullis alius, quam Pater
noster qui in coelis est: quamvis non quemadmodum de
testabilis